



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3. Vtrum Christus possit dici homo dominicus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

Super Quaestione sexdecima Articuli tertium.

ARTICVLVS III. Vtrum Christus possit dici homo dominicus.

3. d. 7. q. 1. ar. 2.

q. 16. circa med. co. 4.

h. 3. oroh. fi. 2. 8. 11.

2. 4. ecel. hie. p. 3. in ti. Co. tem. in pri.

h. 7. retract. c. 19. no procul a h. to. 7.

ar. p. 1. ad 3.

h. 3. oroh. fid. c. 3. 4. 15 & 17.

h. 7. ret. c. 19. d. 1. ad fin. to. 1.

Titulus clarus est, originem habes ab Augustini varia diuersis temporibus sententia, & Magistris sententiarum distinctio septima tertij libri.

In corpore articuli unica est conclusio respectu quaesito. Non potest uere & proprie dici, quod homo sit dominicus, sed quod est dominus. Probatur primo directe. homo ille, scilicet Christus Iesus, designat personam filij Dei, ergo de illo praedicatur dominus essentialiter, ergo non dicit de illo praedicari dominus denominatiue.

Antecedens probatur, quia unum est suppositum diuinae, & humanae naturae in Christo, prima consequentia est clara. Secunda uero probatur, quia derogaret ueritati unionis si praedicaretur denominatiue. Firmatur deinde conclusio ac ratio allata ex opposito, quia scilicet haec praedicatio propria est Nestorianis, & quia similis praedicatio propria est naturae assumptae. Nestoriani siquidem, ponendo duo in Christo supposita, proprie dicunt, Christum hominum dominicum, quia uere esset ibi suppositum participatiue dominicum.

Nos quoque proprie dicimus naturam assumptam esse deificatam non deam: quia enim diuinitas est assumpta natura a deitate, non deam dicimus. Et quia iuncta est deitati in unitate personae, ideo deificata. Suppositum autem quia unicum, est filij Dei, ideo Deum & dominum, non dominicum, aut deificatum dicimus.

Circa rationem conclusionis dubium occurrit, quia uideatur falsa, tum quia ex affirmatione praedicationis essentialis inferret negationem denominati-

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod Christus possit dici homo dominicus. Dicit enim Aug. in li. 83. q. Monendum est, ut illa bona expectentur, quae fuerunt in illo homine dominico: loquitur autem de Christo. ergo uidetur, quod Christus sit homo dominicus.

2. Præ. Sicut dominium conuenit Christo ratione diuinae naturae, ita etiam humanitas pertinet ad humanam naturam: sed Deus dicitur humanatus, ut patet per Dam. in 3. lib. * ubi dicit, quod humanatio eadem, quae ad hominem, copulatione demonstrat, ergo pari ratione potest dici denominatiue, quod homo ille sit dominicus.

3. Præ. Sicut dominicus denominatiue dicitur a domino, ita diuinus denominatiue dicitur a Deo: sed Dion. * Christum nominat diuinitissimum Iesum: ergo pari ratione potest dici quod Christus sit homo dominicus.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit in lib. Retract. Non uideo utrum recte dicatur, homo dñicus Iesus Christus, cum sit utique dñs.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, * cum dicitur homo Christus Iesus, designatur suppositum æternum, quod est persona filij Dei, propter hoc, quod est unum suppositum utriusque naturae. De persona autem filij Dei praedicat Deus & Dñs essentialiter, & ideo non debet praedicari denominatiue: quia hoc derogat ueritati unionis. Unde cum Dominicus dicatur denominatiue a Dño, non potest uere & proprie dici, quod homo ille sit dñicus, sed magis quod sit dñs si autem per hoc, quod dñs, homo Christus Iesus, designaret suppositum aliquod creatum, secundum illos, qui ponunt in Christo duo supposita, possit dici homo ille dñicus, in quantum assumitur ad participationem honoris diuini, sicut Nestoriani posuerunt. Et hoc est modo humana natura non dñ essentialiter dea, sed deificata non quidem per conuersionem ipsius in diuinam naturam, sed per coniunctionem ad diuinam naturam in una hypostasi, ut patet per Dam. in 3. lib. *

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Aug. uerba illa & similia retractat in li. Retract. Unde post uerba praemissa in lib. Retract. * subdit, Vbi cumque hoc dixi, quod Christus Iesus sit homo dominicus, dixisse me nolle, postea quip

pe uidi non esse dicendum: quauis nonnulla ratione posset defendi, quia scilicet posset aliquis dicere quod dicitur homo dominicus ratione humanae naturae, quam significat hoc nomen hō, non autem ratione suppositi.

AD SECVNDVM dicendum, quod illud unum suppositum, quod est humanae, & diuinae naturae, primo quidem fuit diuinae naturae, scilicet ab æterno, postea autem ex tempore per incarnationem factum est suppositum humanae naturae. Et hac ratione dicitur humanatum, non quia assumpserit hominem, sed quia assumpsit humanam naturam. Non autem sic est conuersio, quod suppositum humanae naturae assumpserit diuinam naturam, unde non potest dici homo deificatus uel dominicus.

AD TERTIVM dicendum, quod hoc nomen diuinum, consuevit praedicari etiam de his, de quibus praedicatur essentialiter hoc nomen Deus; dicimus enim, quod diuina essentia est Deus, ratione identitatis, & quod essentia est Dei, siue diuina, propter diuersum modum significandi, & uerbum diuinum, cum tamen uerbum sit Deus. Et similiter dicimus personam diuinam sicut & personam Platonis, propter diuersum modum significandi; sed dominicus non dicitur de his, de quibus dominus praedicatur: non enim consuevit dici quod aliquis homo, qui est dominus sit dominicus: sed illud quod qualitercumque est domini, dominicum dicitur, sicut dominica uoluntas, uel dominica manus, uel dominica passio. Et ideo ipse homo Christus, qui est dominus, non potest caro eius dici caro dominica, & passio eius potest dici passio dominica.

ARTICVLVS IIII. Vtrum ea, quae conueniunt filio hominis, possint praedicari de filio Dei, & conuerso.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod dea, quae sunt humanae naturae, non possunt dici de Deo. Impossibile enim est opposita de eodem praedicari: sed quae sunt humanae naturae, sunt contraria his, quae sunt propria Dei: Deus enim est increatus, immutabilis, & æternus: ad humanam autem naturam pertinet, ut sit creata, temporalis & mutabilis. ergo ea quae sunt humanae naturae, non possunt dici de Deo.

ue, constat enim illationem hanc non tenere ex forma, ut manifestat instantia de Deo, & diuino, neque ex materia, quia dominicus nomen est commune supposito & naturae, potest enim dici natura assumpta, natura dominica, sicut & caro eius dicitur caro dominica, tum quia haec praedicatio non derogat ueritati unionis, quoniam affirmare Christum hominem dominicum, non est negare Christum esse uerum dominum: sicut affirmare Verbum esse diuinum, non est negare ipsum esse uerum Deum.

Ad hoc dicitur, quod ratio ueritatis inimitatur, & est efficax. Nam quaestio ista de nominibus est: nominibus autem uertendum est, ut plures uariantur, secundum Philosophum, communis autem uultus illud dominicum uocat quod est domini, non quod dominus est, ut in responsione ad tertium littera explicat: & propterea ex affirmatione essentialis istius termini dominus bene illata est negatio denominatiue. Et similiter dicendo, homo dominicus secundum communem uerbum intelligitur homo domini, ac per hoc aliquis homo domini, & sic intelliguntur ibi duo supposita, unum in ly alius homo, & unum in ly domini, ac per hoc ruit ueritas unionis diuinae, & humanae naturae in uno eodemque supposito. Et propterea Auctor hanc loquutionem Nestorianam dixit. Non est autem simile de Deo & diuino ut in littera dicitur: quia diuinum identice consequent sumi frequenti usui, non sic autem dominicum.

Super Quaestione sexdecima Articuli quartum.

Titulus, ut iacet, intelligendus est